

Band VII., Nr. 2155, Seite 96-100

Bischof Heinrich von Speyer beurkundet, dass Konrad von Enzberg und seine Neffen, die Söhne Heinrichs von Enzberg, nach vielfacher Beschädigung des Klosters Maulbronn durch alle diese Glieder der Familie feierlich auf die Vogtei über das Kloster und dessen Bauhöfe, Orte und sonstigen Besitzungen verzichtet haben und dass denselben ihre Ansprüche an die Höfe zu Elffingen und Füllmenbach, sowie die Orte Tiefenbach und Ölbronn durch seine richterliche Entscheidung abgesprochen worden sind.

(Speyer), 1270. (Nach Mai 15).

Heinricus^a dei gratia Spirensis ecclesie episcopus. Ad universorum tam presentium quam futurorum cupimus notitiam pervenire, quod licet Heinricus bone memorie senior de Enzeberg, ministerialis ecclesie nostre Spirensis^b, non semel sed multotiens recognoverit, quod advocatie commissionem monasterii et bonorum Mullenbrunnensis cenobii Cisterciensis ordinis nostreque diocesis a pie memorie venerabili domino Cunrado predecessore et< avunculo nostro de Eberstein et a nobis tenuerit in commisso non advocatie nomine sed tutele, nec debere ipsam commissionem seu tuitionem iure hereditario vel alio quoquo modo descendere ad heredes suos, sed nostro beneplacito revocandi eandem commissionem specialiter reservari, et diebus vite sue numquam venerit contra idem, sicut patet per publica instrumenta exinde confecta, et licet Heinricus filius suus postmodum apud Brussellam nostrum oppidum post mortem dicti patris sui venerabili domino Eberhardo Wormatiensi episcopo, nobis, Ottone avunculo nostro de Eberstein, Emichone fratre nostro comite de Liningen, . . . preposito sancti Germani et Ottone preposito Sancti Guidonis Spirensis et multis aliis presentibus voluntarie non coactus publice confessus fuerit^c idem quod et pater suus, sicut patet per publicum instrumentum dictam confessionem suam continens, et licet nos ibidem eidem Heinrico dicti monasterii tuitionem reconmiserimus ad tempus sub quibusdam adiectis exceptionibus, sicut predictum continet instrumentum, tamen idem Heinricus contra huiusmodi confessionem et nostram commissionem veniens occupavit violenter advocatiam dicti monasterii Mullenbrunnensis et bonorum contra iustitiam nostram nec non dictorum abbatis et conventus omnimodam voluntatem, consentiendo quoque sibi in eo Cunrado fratre suo et adiuvando eum in predicta iniuria minus iuste. Demum^d cum nos ipsos ambos sepius monuerimus

^aDies sowie im Folgenden das Wort *ad* im ersten Buchstaben in beiden Ausfertigungen in verzierter Schrift geschrieben.

^bfehlt A'.

^cA': *confessus fuerit* mit einkorrigiertem *fuerit*.

^dDer Anfangsbuchstabe in beiden Ausfertigungen in verzierter Schrift geschrieben.

II

et moneri fecerimus scriptis nostris, ut cessarent a tali gravamine et iniuria, nec non monitione nostra contempta per excommunicationis sententiam processerimus contra ipsos et procedi mandaverimus iustitia exigente, ipsi claves sancte^e matris ecclesie contempnentes per annum et amplius in sua perstiterunt pertinacia animo indurato tam diu, donec equus iudex, qui percutit nec non sanat, vulnerat et medetur, dictum Heinricum tetigit ultionis manu per quandam egritudinem corporalem tam validam, quod in lecto decubuit, vitam sicut placuit altissimo finiturus. Unde ipse inter alia, que pro expurganda sua conscientia fatebatur, publice recognovit, quod nichil sibi iuris competeat vel competere videbatur ullo numquam tempore vel suis heredibus in dicto monasterio de Mullenbrunne villis grangiis et bonis ipsius monasterii omnibus antedictis, quocumque nomine censeantur, renuntians simpliciter et de plano omni iuri et actioni, que sibi et suis heredibus advocatie commissionis seu tuitionis nomine competeabant vel^f competere videbantur in bonis ipsius monasterii antedictis. Exceptit tamen grangias Elvingen et Vilmütbach et villas Thiefenbach et Elbrunnen sub exceptione cuiusdam gratie nostre, sicut suum super eo confectum continet instrumentum. Petivit quoque a nobis veniam et absolutionis beneficium super eo, quod contra suam conscientiam et salutem^g dicta bona monasterii occupaverat et tenebat. Miserat etiam ante Heinricum suum filium seniore de voluntate pariter et consensu aliorum filiorum suorum, qui renuntiationem et resignationem huiusmodi presentaret super altare dicti Mullenbrunnensis monasterii principale presentibus de Novo Castro, de Wernherivilerio et de Alba monasteriorum abbatibus, secundum quod ipsi per suas patentes litteras protestantur. Optenta^h igitur venia et a nobis absolutionis beneficio impetrato predicti filii ipsius de Enzeberg promiserunt fideliter, quod predictum monasterium de Mullenbrunne in rebus vel personis numquam occasione illa, qua pater eorum, inantea molestarent. Ipsi autem postmodum predictam promissionem eorum et fidem mutantem cum tempore ipsius monasterii crudeliores quam pater ipsorum persecutores dei timore postposito extiterunt, quod et ipsum Cunradus predictus de Enzeberg eorum patruus facere non omisit graves ipsi monasterio et nimis intollerabiles et quarum in perpetuum erit memoria molestias inferendo, conversum occidendo et alios monachos et conversos eiusdem monasterii usque ad mortis periculum vulnerando, preter incendia et rapinas et alias iniurias publicas et privatas, que auditui sunt horrore et relatui sunt pudori. Cumqueⁱ sepedicti monasterii fundus non solum nobis et Spirensi ecclesie attineat,

^eA': *sancti*.

^fA' fügt *quasi* hinzu.

^gA' fügt nach *salutem: anime* hinzu.

^hDer Anfangsbuchstabe in beiden Ausfertigungen in verzierter Schrift geschrieben.

ⁱDer Anfangsbuchstabe in beiden Ausfertigungen in verzierter Schrift geschrieben.

III

immo ipsum monasterium per bone memorie Guntherum quondam^j Spirensis episcopum sit fundatum, ita quod ad ecclesiam Spirensis respectum habere debeat specialem, sicut in publico instrumento patet^k ipsius Guntheri episcopi, nos ipsius monasterii iniurias omnipotentis dei et gloriosissime virginis matris eius, quorum laus in ipso monasterio iugiter altisonis vocibus decantatur multorumque pauperum indigentibus largissime hospitalitatis beneficiis subvenitur, nostras ut erat debitum reputantes iusta indignatione permoti in manu valida et extento brachio adiuncta quoque nobis caterva militum copiosa contra dictos Cunradum et filios fratris sui insurreximus, ulciscendo in parte dei iniurias atque nostras. Ex quo dicti Cunradus et filii fratris sui in se et ad cor redeuntes erroris sui malitiam recognoverunt promittentes satisfacere de commissis, renuntiantes etiam simpliciter omni iuri et actioni, que ipsis et eorum heredibus advocatie tuitionis seu commissionis nomine in predicto monasterio grangiis villis et bonis aliis universis competere videretur. Sed quia quandam specialem actionem iidem de Enzeberg se dicebant habere in grangias Elvingen et Vilmützbach et villas Thiefenbach et Elbrunne, submiserunt nostro arbitrio se et quicquid iuris in dictis grangiis et villis habere videbantur promittentes fideliter nostro parere arbitrio et sententie in hac parte, quod et dicti . . abbas et conventus de Mulenbrunne facere promiserunt. Nos^l itaque statuto die apud Spiram, videlicet quinta feria ante dominicam vocem iocunditatis, et ipsa continuata usque in sabbatum subsequens diligenti prehabita deliberatione prudentum etiam virorum habito consilio perspectis quoque omnibus instrumentis, que de veritate nos poterant informare, pronuntiavimus et pronuntiamus, sententiavimus et sententiamus, quod predicti Cunradus et filii fratris sui et eorum heredes sive alii qualescumque nullum ius habent nec habere debent in villis et grangiis antedictis, sive illud ius advocatie tuitionis commissionis vel alio quocumque nomine nuncupetur, abiudicantes ipsis omnia prelibata et eisdem super ipsis perpetuum silentium imponentes. Hec^m igitur nostri arbitrii et sententie forma, quia lata fuit in curia . . scolastici Spirensis presentibus ecclesiarum Spirensium prelatibus, Boppone de Durne, Ulrico de Ascberg¹, Symone Gemini Pontis comitibus, Cunrado nobile de Stralenberg, Engelhardo de Winsberg, Gotscalco dicto Schevelin et Friderico dicto Ywesce,ⁿ magistris civitatis Spirensis, una nobiscum consentientibus in predicti arbitrii et sententie nostre

^jA': *quondam G* mit später eingefügtem *G*.

^kA' fehlt *patet*.

^lDer Anfangsbuchstabe in beiden Ausfertigungen in verzierter Schrift geschrieben.

^mDer Anfangsbuchstabe in beiden Ausfertigungen in verzierter Schrift geschrieben.

ⁿA: *Ywuesce*, A': *Ywesce*.

¹Hohenasperg.

IV

formam, eorum sigilla presentibus fecimus appendi cum nostro in testimonium predictorum. Testes huius rei, qui presentes fuerunt, sunt isti: quidam fratres Predicatores et Minores domorum Spirensium, Anshelmus de Queich-ein,^o Diethericus de Roden, Heinricus de Hochenegge, Waltherus Snitelin,^p Ramungus de Offenbach, Johannes^q milites nostri castrenses, Albertus de Erllekeim,^r Bertoldus de Remichingen, Eigelhardus^s de Hochenegge, Cunradus de Etherdingen, . . . dictus Herther^t de Herthenegge, Fridericus de Ditzenbach,^u Gottefridus de Pheffenhein^v milites, et alii quam plures canonici nec non cives Spirenses.

 Actum^w, ut supradictum est, anno domini millesimo ducentesimo, septuagesimo.

—

Der Textabdruck folgt der einen von zwei Ausfertigungen (A). Die Textabweichungen der zweiten Ausfertigung (A') sind in den Anmerkungen nachgewiesen.

 An lilla, roten, gelben, weißen, grünen, teilweise Seidenfäden, teilweise Leinenfäden hängen bei A' 17 Siegel, bei A 16 Siegel an, großteils gut erhalten: 1) Das Siegel des Bischofs Heinrich von Speyer, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1638 (WUB, Bd. VI, S. 37). 2) Das Siegel des Kapitels von Speyer, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1706 (WUB, Bd. VI, S. 106). 3) Das Siegel des Dompropsts Wernher von Speyer, vgl. ebenfalls die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1638 (WUB, Bd. VI, S. 37). 4) Das spitzovale Siegel des Speyrer (Dom-)Dekans Albert (von Mussbach), 48, 27 mm, (III. A. 2. c): Über einem Baldachin zwischen hohen Fialen Maria mit dem Christuskind auf dem Arm, darunter der Siegelinhaber knieend, die Hände zum Gebet erhoben; Umschrift: + *Sigillum* ALBERTI . DECANI . ECCL*esi*E . SPIRENSIS. 5) Das spitzovale Siegel des Kantors Berthold von Speyer, 49, 30 mm, (III. A. 2. c): Maria mit dem Christuskind im Arm über einem Baldachin, von oben herab zwei Engel Rauchgefäße schwingend, unter dem Baldachin der Siegelinhaber knieend, die Hände zum Gebet erhoben; Umschrift: *Sigillum* BERTHOLDI . CANTORIS . SPIREN. Bei A' hängen an 5. Stelle noch Seidenfäden für ein weiteres Siegel, vermutlich das des Speyrer Domscholastikus, während bei A selbst diese fehlen.

 6) Das Siegel des Kapitels von St. German in Speyer, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1546 (WUB, Bd.

^oA': *Queicheim*.

^pA': *Snittelinc*.

^qHier ist in A' eine Lücke im Text.

^rA': *Erllekein*.

^sA': *Eigelwardus*.

^tA': *Herter*.

^uA': *Dizzenbach*.

^vA': *Pheffelnkein*.

^wDer Anfangsbuchstabe in beiden Ausfertigungen in verzierter Schrift geschrieben.

V, S. 309). 7) Das Siegel des Dekans Hertnid von St. German, 50, 31 mm, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1613 (WUB, Bd. VI, S. 6), Umschrift: + *Sigillum* HERTNIDI . DECANI . *SanCtI*. G(er)MANI . SPIRE. 8) Das spitzovale Siegel des Kapitels von St. Guido in Speyer, 55, 35 mm, (II. B.): Der Hl. Guido stehend, in der Rechten den Abtsstab, mit der Linken ein Buch vor die Brust haltend, links als sphragistisches Beizeichen drei Gleven, Umschrift: + SIGILLVM . CAPITVLI . SCI . VVIDONIS SPIREN. 9) Das spitzovale Siegel des Dekans Richard von St. Guido, 48, 28 mm, (II. B): Maria mit dem Christuskind, unterhalb eines Baldachins rechts der Hl. Johannes der Evangelist, mit der Rechten ein Buch vor die Brust haltend, die Linke segnend erhoben, zur Seite JOH (die Buchstaben unter einander), links der Hl. Guido, in der Rechten den Abtsstab, mit der Linken ein Buch vor die Brust haltend, zur Seite WIDO (dgl.); Umschrift: + *Sigillum* RICHARDI . DECANI . SCI . WIDONIS SPIR*e*NS*is*. 10) An beiden Exemplaren ziemlich beschädigt, sodass insbesondere die Umschrift nicht mehr lesbar ist, jedoch der Reihenfolge der Siegel nach ohne Zweifel dasjenige des Kapitels der Hl. Dreifaltigkeit zu Speyer, rund, (II. B): Eine Kirche. 11) Das spitzovale Siegel des Dekans Ulrich zur Hl. Dreifaltigkeit in Speyer, 14, 28 mm, (II. B): Gott Vater auf einem mit Hundsköpfen verzierten Stuhl sitzend, den gekreuzigten Christus in seinem Schosse haltend, darüber der Hl. Geist als Taube schwebend (die Hl. Dreifaltigkeit); Umschrift: + *Sigillum* VLRICI DECANI S . TRINITATIS SPIR(e)N. 12) Von diesem Siegel bei A nur noch die Fäden erhalten, bei A' das runde Siegel des Grafen Boppo von Dilsberg, aus dem Haus der Herren von Dürn, d.h. Walldürn, c. 80 mm, (III. B. 3.): Ein galoppierender Reiter in einem Panzerhemd, den Topfhelm mit zwei Pfauenfedern besteckt, mit dem rechten Arm zum Schlag mit dem Schwerte von rückwärts ausholend, am linken Arm die Brust ganz bedeckend ein dreieckiger Schild, in welchem ein schreitender Leopard über einem Querbalken; von der Umschrift: + SIGILLVM . BOPPONIS . COM . . . SBERC erhalten, vgl. über diesen Siegler und ein ähnliches Siegel desselben WUB, Bd. V, S. 27 ff. 13) Das Siegel des Grafen Ulrich von Tübingen-Asperg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1574 (WUB, Bd. V, S. 334), un die Abb. in FRIEDRICH KARL FÜRST ZU HOHENLOHE-WALDENBURG: Über die Siegel der Pfalzgrafen von Tübingen: Den Freunden der mittelalterlichen Sphragistik und Heraldik auf der Generalversammlung der Abgeordneten des deutschen Geschichts- und Alterthums-Vereine zu Reuthli, Tafel 2, Nr. 6.

 14) Das Siegel des Grafen Simon von Zweibrücken, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1903 (WUB, Bd. VI, S. 295). 15) Das schildförmige Siegel des Konrad von Strahlenberg, 55, 50 mm, (IV. A. 1.): Ein Strahl (Pfeilspitze), Umschrift: + SIG(i)LLVM . CVNRADI . DE . STRALENBERC. 16) Das runde Siegel der Gebrüder Engelhard und Konrad von Weinsberg, c. 67 mm, (IV. C.): In einem geneigten Schild drei 2, 1 gestellte Schildchen, auf dem linken Obereck ein Topfhelm, auf dem ein mit 16 Lindenzweigen bestecktes Schirmbrett; Umschrift: + S. ENGILHARDI . ET . CONRADI . FRATRVM . DE . WINSBER. . 17) Das runde Siegel der Stadt Speyer, 94 mm, (II. B): Der Dom zu Speyer mit der Langseite, in welchem ein Brustbild Mariens mit dem Chris-

tuskind auf dem linken Arme eingefügt ist, Umschrift: + SIGILLVM . CIVIVM . SPIRENSIVM.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 502 U 797 und U 798

Überlieferung und Textkritik:

2 Originale.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

(Speyer)

Ortsindex:

Bad Ditzenbach Wohnplatz (574)
 Bad Ditzenbach, GP
 Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
 Bad Herrenalb, CW
 Bruchsal Wohnplatz (5319)
 Bruchsal, KA
 Echterdingen Wohnplatz (512)
 Echterdingen, Leinfelden-Echterdingen, ES
 Elfinger Hof, Staatsdomäne : Maulbronn PF
 Enzberg Wohnplatz (7061)
 Enzberg, Mühlacker, PF
 Erligheim Wohnplatz (955)
 Erligheim, LB
 Füllmenbacher Hof Wohnplatz (7104)
 Füllmenbacher Hof, Sternenfels, PF
 Hohenasperg Wohnplatz (879)
 Hohenasperg, Asperg, LB
 Hohenecken, KL
 Leiningen, Altleiningen, DÜW, W
 Maulbronn Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF
 Neuburg, Dauendorf, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Offenbach Wohnplatz (10888)
 Offenbach, Hornberg, OG
 Pfiffelgheim, Worms, WO
 Queichheim, Landau, LD
 Remchingen Wüstung (25960)
 Remchingen, PF, W
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD
 Schlossgut Harteneck : Ludwigsburg LB
 Schlossgut Harteneck Wohnplatz (1018)
 Schriesheim HD
 Schriesheim Gemeinde (6509)
 Speyer, SP
 Tiefenbach Wohnplatz (5438)
 Tiefenbach, Östringen, KA

VIII

Walldürn Wohnplatz (6198)
 Walldürn, MOS
 Weinsberg Wohnplatz (2238)
 Weinsberg, HN
 Worms, WO
 Wörschweiler, Homburg, HOM
 Zweibrücken, ZW
 Ölbronn Wohnplatz (7177)
 Ölbronn, Ölbronn-Dürrn, PF